SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 93r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.iii.

ualde est infectiua et corruptiua Sic et cul
pa in superbia eleuata omnia turbat Rixas ge
nerat corda ad malum inflamat et concitat
et tonitrua tumoris et morum corruptionem e
causat. Quinto nubes est hominum deceptiua quia
cum fuerit exsiccis humoribus generata pretendit
aquam esse futuram Sed in fine tamen venti est et tur
binis solutiua. Sic et culpa mortalis omnes
homines decipit quia cum suauia et saporeas promit
tit in fine nihil aliud quam penam infernalem
persoluit. Sexto si nubes una sit alteri contraria
tempestatis est causatiua quia hominis ad hominem
discordia omnium malorum Est inductiua :~ Quod gra
cia est similis Rori et de culpa :~

Ulterius Gratia est Rori similima. Ros
enim generatus in alto et hoc flante ue
nto austro uento calido quia gratia nobis des
cendit de celo operante calore .i. amore diuino Ho
est enim Ros teste philosopho nisi pluuia pauca Aus
ter enim Rorem gignit Quem Aquilo sua fri
giditate dispergit. Qua gratia quam deus hominibus
tribuit dyabolus si potest corrumpit dum culpam
contrariam gracie introducit. Dicit tamen ambro
sius quod luna est mater roris quia diuina nostra in lu
na signata totius gracie impetratrix existit
Et ideo quicquid Ros gracie in nobis facit dici potest
opus uirginis. Nota ergo quod quamuis quantitate
sit modicus est tamen uirtute maximus. Primo enim terram
inebriat quia diuina gratia mentes humanas a ter
renis deliciis alienat. Secundo Ros in senibus
medullam ampliat et augmentat quia gratia omnia
bona nostra multiplicat. Tercio Ros ostreas et
pisces in mari impinguat quia gratia mentes hu
manas per amorem dilatat. Quarto Margaritam
in conchula generat quia per diuinam gratiam dei filius
in utero uirginali est generatus. Quinto pullos

.xiii.